



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae  
Therinae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1419**

XIIIX. D. VVolfango Henrico Streinio, Baroni Schuarzenauio, Richardi F.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12434**

XVII.

Ad D. Marcum Fuggerum  
Lib. Baronem Kirchbergæ, & VVes-  
senhornæ, Reip. August. Duumuirum.

*Quas alijs, et quas tibi seruans, crescere dando  
Cernis opes: veras MARCE putabis opes.  
Nam quæ marcescunt languore, laboreque parta:  
Ac cruciant dominum, solicitantque suum:  
Sunt inopes fortassis opes: timor hasce tenere  
Magnus: at has dolor est perdere major opes.*

XIX.

D. VVolfango Henrico  
Streinio, Baroni Schuarzenauio,  
Richardi F.

*Optima pars hominis lingua est, et pessima nati-  
Immoderata nocet, sed moderata iuuat.*

XIX.

Ad D. Sigismundum VIe-  
heiserum, Cæs. Consil. & sacri Rom.  
Imperij Procancellarium.

*Quod fuit Augusto Romano Pollio quondam:  
Augusto nunc hoc es SIG E MVNDE.  
Pollio patronus Flacco fuit, atque Maroni:  
Tu quoque sis magnus Pollio quæso mibi.  
Quæ tua sit virtus, et quæ sapientia, dicam:  
Perpetuoque tuum nomen honore colam.*

Pollio